BVLLA MONITORII APOSTOLICI
CONTRA TRES REVERENDIS
SIMOS CARDINALES VT RE
DEANT AD OBEDINTI.
AM S.D.N.PAPE NE SCIS
MA IN ECCLESIA
SANACTA DEI
ORIATVR.

IN NOMINE DOMINI Amen· Nouerint uniureſi & ſinguli hoc præſens publicum Tranſumptum iſpecturi qđ nos HIERONYMVS de Ghinucciis Canonicus Senen̄. V. Iu; Doc .Curię cauſarum Camerę Apo. generalis auditor: habuimus uidimus & diligenter inſpeximus litteras apoſtolicas monitoriales Sanctiſſimi in xp̄o patris & dn̄i noſtri dn̄i Iulii diuina prouidentia Papę Secundi infraſcripti tenoris: eius uera Bulla plūbea cū cordulis ſericeis rubei croceiq; coloris/more Ro. Cu. penden̄ bullatas: & omīmoda ſuſpitione carentes: unacum earundem litteraꝝ Apoſtolicaꝝ publicatione & affixione a tergo per tres prefati· Sanctiſſimi dn̄i noſtri Papę Curſores in locis in dictis litteris Apoſtolicis deſignatis: debitę executiōi demandatas. Quarum quidem tenor ſequitur & eſt talis.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS ſeruorum Dei . Ad futurā rei memoriam Celeſtis altitudo potentię/diuina prouidentia cuncta diſponens ut eccleſiæ triūphanti militantē eccleſiā ſimilē faceret/uoluit ſummo Pontifici xp̄i Vicario/dominici gregis paſtori adeſſe in regenda & gubernanda uniuerſalis eccleſiæ Monarchia Conſiliarios & miniſtros ſanctæ Ro. ecc. Cardinales ut ipſi tanq̄ eiuſdē Pontificis & eccleſiæ mēbra ſuo capiti deſeruirent & ſubmiſſis humeris ad regendū uniuerſalis

locoꝝ tenore pn̄tium req̄rimus & hortamur/ ipſiſq; Patriarchis Archiep̄is Ep̄is & aliis Prelatis ceteriſq; ſubditis noſtris diſtricte mandamus/ quatinus p̄fatis monitis oibus & ſingulis ĩ ueniēdo ad dictā Cu. occaſione p̄dicta morando in ipſa uel ab ipſa recedēdo in perſonis & bonis aut rebus eoꝝ nullā inferant nec ab aliis quantū in eis fuerit pmittant inferri iniuriam uel offenſam. Nulli ergo omnino hoīum liceat hanc paginā noſtræ hortationis p̄cationis obſecrationis requiſitionis monitionis mandati citatiōis certificationis uoluntatis decreti ſecurationis cōceſſionis & mandati infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attemptare p̄ſumpſerit indignationem oīpotentis dei ac Beatoꝝ Petri & Pauli Ap̄loꝝ eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datū Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis dominice. M.CCCCC.XI. Quinto Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri Anno Octauo.